

Codice Diplomatico Longobardo I, 104

+ In Christi nomine. regnante domno nostro Aistolfi uiro excellentissimo rege, anno regni eius Deo propitio tertio, mense iunio, per indictione quinta; feliciter. Ideoque in Dei nomine repromitto me ego Arnifridus, qui supernomen uocatur Arnucciolu, filius quondam Auduini et abitator bicum qui nominatur Luia, tibi Fusciano, abitator in uico qui nominatur bico Tinu, resedire in casa quondam Mastaloni socero meo diebus uitem mee, quod nulla conbersationem facias nec in Clusio nec in alia cibitatem ad abitandum nisi in suprascripta pecunia de socero meo Mastalone. et si forsitan ego suprascriptus Arnifridus de iam dicta pecunia exire uolueru per qualieue ingenium, sibe in territorio Clusino, ubi natus fuit, sibe in Castro, aut in qualecumquem cibitatem ad abitare aut laurare nisi in suprascripta pecunia Mastaloni, cuius filia mihi in coniugio sociabit, aut ipsa pecunia non laorabo aut dilientaro, pro eo quod ipsa pecunia demittere presumbsero, aut de iudiciaria uestra Suaninse exire uolueru quoque tempore, tunc conponere promitto pene auri soledos numero quinquaginta, tantum est. Quam egitur manus repromissionis Laurentium notarium iscribendam rogabimus. Actum in ciuitatem Suana, regnum et indictione supraiscripta; feliciter. Signum + manus Arnifridi, qui anc cartulam fieri rogabit et eis relectam est. Signum + manus Grasoni ubiscari domni regi rogatus testis. Signum + manus Uuineghildi, qui supernomen uocatur Inquircio, rogatus testis. Signum + manus Possoni aremanno rogatus testis. Signum + manus Guntarini filius quondam Airualdi rogatus testis. Signum + manus Pascasio de uico Turiliano rogatus testis. + Ego qui supra Laurentius notarius post homnium testium roborationis scripsi et suscripsi, pos tradita conplebi et dedit; feliciter.